

21 tuendum, tametsi aliquid juris positivi contineant, præcipuum nihilominus quod in iis occurrit, atque decernitur, potius juris naturalis ac divini interpretatio, declaratio, atque ad particulares casus & causas applicatio, quam juris positivi nova constitutio dicenda est.

22 Proinde nulla, quantumvis inveterata consuetudo, nec contraria multorum canonum in totum abrogare poterit. Quod si canonum rigor etiam Patrum ætate nonnumquam relaxatus fuerit, hæc relaxatio non nisi necessitate urgente, aut publica ecclesiæ utilitate flagitante indulgetur; idque ea semper cautione, ut cessante necessitate, pristinus canonum rigor servaretur. Sed nequaquam propterea canonum mitigatio ab eorum studio ac diligenti perscrutatione deterretur. In canonibus perscrutanda ratio & spiritus magis quam verba attendenda sunt, (Concordat. lex 5. §. 13. tit. 1. p. 1.) ut hinc & sanctissimæ ac utilissimæ non raro ibi contentæ morum regulæ facilius delectantur, & intimus quoque ecclesiæ Patrumque sensus quæclarissime innotescat & percipiatur. Canonibus ex mente ecclesiæ perpensis, cuiusnam dubium, quin præcipue clericorum quisque deprehendat, continentiam & jugem in ministeriis ecclesiasticis occupationem ab ecclesiâ maxime inculcat; & dum leges ab oneribus tum civilibus, tum personalibus, clerico exemptionem indulgent, id principaliter intendi, non ut Clerici otio vacantes vitam oneribus exemptam agant, vel commodis temporalibus augeantur, sed ut jugiter, ac sine distractione altariis deservire queant, id est vivere ut evangelicè.\*\*\*

CANONICATUS, CANONICUS.

ARTICULUS I.

Quid sit canonia, seu canonicatus, & canonicus, & unde dicatur.

SUMMARIUM.

- 1 **C**ANONIA vulgo canonicatus est jus spirituale, quod provenit ex electione, seu receptione alicujus in fratrem, seu canonicum.
- 2 **H**oc jus spirituale, quod præbet canonia, consistit primo in jure habendi in choro sedem, & vocem in capitulo.
- 3 **S**ecundo consistit in hoc, ut quam primum facultas esse obtulerit, in canonicum eandem canoniæ legitime obtinenti, etiam conferatur præbenda, seu competens portio fructuum canonicatum.
- 4 **S**i quis enim simpliciter in canonicum receptus fuerit, antequam redditus canonicales eidem assignentur, sive conferantur, dicitur habere canoniæ, hoc est, canonicatum; nondum vero præbendam.
- 5 **S**iquidem præbenda ulterius importat jus ad percipiendos fructus annuos canoniæ, sive debitos ex titulo juris canonici. Unde qui habet utrumque, id est canonicum præbendarius appellatur.
- 6 **C**anonicus nomen idem est ac Regularis. Venit enim à voce Græca Canon, quæ regulam significat.
- 7 **C**anonicorum prima origo fuit in monastica disciplina.
- 8 **H**inc Sanctus Augustinus ad communem vitam in domo episcopali Sacerdotes, & Diaconos congregavit, cujus exemplum secuti sunt plurimi Africa Episcopi, & illi Sacerdotes, & Diaconi pro ministerio suo distributiones bonorum ecclesiæ accipiebant.
- 9 **T**uncque primum Canonicus dicti sunt illi, qui eas recipiebant, eo quod ecclesiæ adscripti vitam Canonicam conformem ducebant.
- 10 **E**t ipsis etiam fundus per vitam suam possidendos assignabat Episcopus, & sic canonicorum, & præbendarum origo, nomen, & usus invaluit.

**C**ANONIA vulgo canonicatus est jus spirituale, quod provenit ex electione, seu receptione alicujus in fratrem, seu canonicum. Sic Innocentius in cap. Cum M. 9. §. Ca-

nonicos, de constit. Nebrissensis in Vocabular. Jur. verb. Canonia, & alii. Hoc autem jus spirituale, quod præbet canonia, consistit primo in jure habendi in choro sedem (vulgo stallum), & vocem in capitulo. Secundo consistit in hoc, ut quam primum facultas esse obtulerit, in canonicum eandem canoniæ legitime obtinenti, etiam conferatur præbenda, seu competens portio fructuum canonicatum; cap. Relatum 9. de præbend. ibi: Quia non est congruum, ut præbenda (scilicet vacante, vel proxime vacatura) careat, qui in canonicum novitum esse receptus; concordat cap. Dilectus 19. de præbend. c. Cum M. 9. de const. Si quis simpliciter in canonicum receptus fuerit, antequam redditus canonicales eidem assignentur, sive conferantur, dicitur habere canoniæ, hoc est, canonicatum; nondum vero præbendam. Siquidem præbenda ulterius importat jus ad percipiendos fructus annuos canoniæ, sive debitos ex titulo juris canonici. Unde, qui habet utrumque, id est canonicum præbendarius appellatur; cap. Sanctorum 2. dist. 70.

Canonicus nomen idem est ac regularis; venit enim à voce Græca Canon, quæ regulam significat; cap. Canon 1. dist. 3. ibi: Canon græce, latine regula nuncupatur. Et in Concil. Col. II. part. 3. cap. 4. sic expresse dicitur; "ut de Canonicis dicamus pauca, respondeat eorum vita titulo, respondeat nomini: sint reipsa, ut sunt nomen canonicus, id est, regulares." Canonicorum prima origo fuit in monastica disciplina: Concilio Colon. loc. cit. his verbis: "Neque enim clam est, primam eorum originem monasticam disciplinam fuisse. Imitentur Apostolos, & nascentis ecclesiæ ministros, quorum erat cor unum, & anima una, qui quotidie (ut in actis apostolicis legitimus) perdurantes unanimitè in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis perseverantes in orationibus... potro ecclesiæ istæ collegiæ quædam vetustatem spirant, & ecclesiæ primitivæ institutum præferunt; quod vel forma ædificiorum ostendit, quæ canonicos prope templum in unum pene habitaculum collocavit, ut procul à promiscua multitudine separati, divinis pariter laudibus jugiter insisterent." Hinc Sanctus Augustinus ad communem vitam in domo episcopali Sacerdotes, & Diaconos congregavit, cujus exemplum secuti sunt plurimi Africa Episcopi; & illi Sacerdotes, & Diaconi pro ministerio suo distributiones bonorum ecclesiæ accipiebant. Tuncque primum Canonicus dicti sunt illi, qui eas recipiebant, eo quod ecclesiæ adscripti vitam Canonicam conformem ducebant. Et ipsis etiam fundus per vitam suam possidendos assignabat Episcopus, ut docet Concilium Aurelianense tertium cap. 17. & sic canonicorum, & præbendarum origo, nomen, & usus invaluit.

Primis ecclesiæ seculis quicumque clerici certæ ecclesiæ addicti, quique ex ejus penu alebantur, vocabantur Canonicus. Ratio denominationis inde petita fuit, quod albo, seu matriculæ ecclesiæ fuissent inscripti; tum quod stipendiis ecclesiæ militarent. Canon enim antiquis scriptoribus non raro significat ecclesiæ matriculam, seu album. Præterea etiam canon pensionem, stipendiumque denotat, quod vel jus romanum docet in l. 1. cap. de indict. l. unic. cod. de collat. bon. l. 3. cod. Quæ res vend. non poss. Confer. etiam Anton. Matthæi de nobilit. lib. 2. cap. 33. Gerard. du Bois in histor. Paris. lib. 6. cap. 1. §. 5. At ab his minime ortum trahunt, qui hodie in oppositione ad ceteros clericos dicuntur private Canonicus. Postea enim dicti sunt Canonicus, qui vitam quamdam communem agebant, communi refectorio, & dormitorio utebantur, & ita speciale aliquod collegium constituebant. Nova hæc Canonicorum ratio apparuit tempore Pipini, auctore Chrodogango Methensium Episcopo, qui clericos suos in unam congregavit societatem, & in uno claustrum ad vitam communem ad instar monachorum colendam eosdem traxit, perduxitque, certas illis regulas vivendi præscribens; Paul. Diacon. in fragment. de Episcop. Metens. apud Duchesnum tom. 2. hist. Franc.

Non omnis tamen clerus, sed tantum cathedralis ecclesiæ à Chrodogango ita collectus est. Propagata fuit regula

21 gula Chrodogangi tempore Caroli Magni. Adeoque sub hoc novo instituto quotidie crevit clericorum numerus, ut congregationibus ecclesiæ cathedralis non omnes possent coadunari. Hinc plura collegia Canonicorum extra ecclesiæ cathedrales sunt exorta, quod vel hodie ecclesiæ collegiarum Canonicus docent. Omnium tamen una erat ratio, & conditio. Seculo autem decimo passim Canonicis pristina deseruerunt disciplina; Trichemius in Chron. Hirsaugiens. de anno 977. Ad evitandam autem expulsionem Canonicorum male viventium, vita regularis inventa est. Sunt qui Petro Damiani reformationis opus adscribunt, & regulam in calce operum editam, hunc in finem ab eo conscriptam esse contendunt. At Natalis Alexand. Petrum de Honestis Auctorem hujus novi instituti facit, eumque à Petro Damiani distinguendum esse demonstrat. Duplex posthac emerit Canonicorum status. Qui proprietatem renuntiabant regulares; qui extra communem vitam vivebant, seculares dicti sunt, quod in seculo adhuc manerent, ad quod proprietatem bonorum retulerunt.

\*\*\* Canonicus dicitur, qui juxta regulam propriæ suæ ecclesiæ vivebat. Conc. Tom. II. Can. 20. Licet Urbanus II. in Conc. Claramont. can. 9. & Arnulfus Episcopus Lexov. epist. ad Alexand. Pap. præbendam canonicam pro canonia ponant, valde tamen differebat jure communi inspecto; nam canonia est jus habendi sedem in choro ad canendum, & vocem in capitulo, præbentis ex electione seu receptione in fratrem; præbenda vero ex se non habet sedem in choro, nec vocem in capitulo, & titulus canoniæ est receptio in fratrem, titulus vero præbendæ collatio. Canoniæ per se absque præbenda beneficium ecclesiasticum esse pluribus textibus evincitur. Nam Canonicus habet jus percipiendi distributiones quotidianas, quæ licet fructus beneficii non sint, sunt emolumenta, quæ propter officium impensum in ecclesiâ præstantur. Barbosa de Canonicis cap. 21. Solorzanas de jurib. honor. num. 481. & Moneta de distrib. quest. 6. per totum. Canonicorum institutum antonomastice militia clericalis dicitur, & ab exactiore quam proficiunt canonum custodia Canonicus nomen sortiuntur. Canoniæ regulæ primaria fuit institutio, ut sub Episcopo Canonicis essent sancte viventes, & prompti ad omne ecclesiasticum ministerium ad quod à Præposito suo ordinarentur. Unde nemini dubium esse potuit, quin Canonicus subsidio & adjutorio Episcopi esse tanteantur. Primis temporibus qui dicebantur Canonicus, prope domum episcopalem sub uno direttore habitare solebant; ad postquam Episcopi plures ecclesias sub uno regimine habere cœperunt, Canonicorum collegia aliis in locis ab Episcopis, aut fidelibus constructa fuerunt, tum ut ipsi, utpote canonum singularem custodiam proficientes, reliquo clero superintenderent, tum etiam ut in ipsis capitulis personas haberent Episcopi, quæ sibi in regimine populi forent adjutores. Canonicorum collegia, dum olim Canonicus vitam communem agerent, unoque claustrum sub certa regula, & superiorum directione viverent, monasteria dicta fuisse ex monumentis, & scriptoribus antiquis notissimum est. At postquam Canonicus, abjecta vita communi, ad vitam singularem transierunt, externaque vivendi disciplina se plane à monachis, & regularibus in communi viventibus discreverunt, eorum ecclesiæ sive collegia dici cœperunt capitula. Singularitate semel introducta, suas etiam congregationes, quæ prius conventus, sive collatio dicebantur, capitula dixerunt, eaque quæ in illis congregationibus acta sunt, acta capitulum, & capitulariter acta dicuntur. Ob singularem vitam quam inter seculares vivere cœperunt, Canonicus seculares dicti sunt; quæ nomenclatura profuit ex eo quod, cum antea in claustris ab omni mundi strepitu, & hominum secularium conversatione segregati plane à seculo existerent, nunc inter seculares homines converserent, & habitent. Sed quidquid mutationis intervenit, quæ etiam non observata, Canonicus quæ sunt vocationsis & professionis exacte adimplere possunt. \*\*\*

(Conducit lex 30. tit. 7. p. 1. (ad idem lex 1. §. 2. ejusd. tit. §. part.) ubi concordantia, & discordantia, quæ Ferrar. Bibliothec. Tom. II.

inter Canonicos regulares, & monachos advertitur, notatur: concordant quod nil proprium habere possunt; (Vid. lit. A. pag. 103. lit. D. pag. 99. vers. De omnibus...) in observantia castitatis, & obedientiæ: sine licentia superioris nequeunt à claustrum recedere: (Vid. verb. Regulares, vers. Postquam... in add. hisp.) prandium & dormitorium commune: in capituli celebratione æqualiter procedunt: appellatio, si corrigantur, non admittitur, vid. verb. Appellatio, art. 5. Regiumque Ord. Circul. verb. Forum, ad vers. Presentibus... nisi in correctione detur excessus: in habitu disparitas inventur: causa intercedenti possunt seorsim habitare Canonicus, quod monachis non licet. Perlegere, inter alias, non officit literas apostolicas à Sanctitate D. Clementis X. tertio idus Februarii an. Incarnat. D. N. J. M. DC. LXXXV. & VI. sui Pontificatus expediri mandatas, in quibus reductio Ecclesiæ Cesarugustanæ de statu regulari ad secularem demonstratur. Nota etiam leg. 24. tit. 5. part. 1. per quam designatur, postulationem locum habere, dum monachum aut Canonicum regularem eligi intenditur. Vid. verb. Electio.)

ARTICULUS II.

Canonicatus quoad collationem, & possessionem.

SUMMARIUM.

- 1 **I**n collatione canonicatum quid juris, quid consuetudinis, vel pacti, ad num. 14.
- 15 **P**ossessio canonicatus quomodo, & quo tempore capiendâ, ut legitime sit capta, ad num. 31.
- 32 **A**n liceat aliquas solviones dare & accipere, saltem dulciaria pro admissione in possessionem, ad n. 38.
- 39 **U**trum valeant statuta vel consuetudines de serviendo gratis per aliquod tempus, ad num. 43.
- 44 **D**e Clerico ignobili ac parum scientifico quoad dignitatem.
- 45 **S**ubnectuntur additiones ex aliena manu, ad n. 62.
- 63 **A**d additiones novissima inseruntur, ad num. 72.

QUAMVIS de jure collatio, seu provisio canonicatum in ecclesiis cathedralibus simultanee spectare præsumatur ad Episcopum, & capitulum, ut per glossam communiter receptam in cap. Cum Ecclesia Vulterana 31. de election. Rota part. 3. recentior. decis. 124. num. 1. decis. 686. num. 4. part. 4. tom. 1. decis. 429. num. 1. p. 5. tit. 2. decis. 440. num. 9. decis. 444. num. 1. part. 16. decis. 244. num. 1. cum sequent. part. 19. tom. 1. decis. 121. num. 1. Consuetudo tamen in contrarium attendi debet, videlicet quoad solum Episcopum, privative quoad capitulum; vel è converso ad solum capitulum, privative quoad ipsum Episcopum, collatio, seu provisio pertineat; cap. Cum Ecclesia Vulterana 31. de election. cap. Ex parte Astensis Ecclesiæ de concessionis Præbend. Abbas in citat. cap. Cum Ecclesia Vulterana n. r. & 10. Casador. dec. 22. num. 2. de Præbend. plene Barbosa de Canonicis, & Dignitat. cap. 14. num. 20. Rota part. 3. decis. 124. num. 1. part. 5. tom. 2. decis. 444. n. 1. part. 16. dec. 244. n. 2. part. 19. tom. 1. dec. 121. num. 2. Consuetudo canonicatus, & dignitates conferendi à capitulo irrequisito Episcopo probatur ex collationibus factis tantum ab eodem capitulo; Rota part. 3. decis. 124. in Casalens. juris conferendi p. 16. dec. 244. in Beneventana juris conferendi p. 19. tom. 1. dec. 121. in Novarien. Canonicatus. Quæ consuetudo ad exclusionem simultanee collationis præscribitur spatio 40. annorum, ut tenent communiter Doctores in cap. Cum de beneficiis in 6. Gloss. in principio in cap. in. ibi que Abbas n. 7. de consuet. Barbo. de Canonicis cap. 14. num. 20. Peregrin. cons. 28. num. 4. & 5. Gonzalez super Regul. 8. Cancell. gloss. 7. num. 8. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 21. num. 47. Rota part. 11. recent. decis. 74. num. 12. part. 16. decis. 244. num. 3.

Nedum in ecclesiis cathedralibus, sed etiam in ecclesiis collegiatis secularibus collatio, seu provisio canonicatum spectat simultanee ad Episcopum, & capitulum, Rota part. 1. recent. decis. 232. num. 2. Barbosa de



6. de *Canonicis cap. 14. num. 15.* cum pluribus ibi cit. Nec pertinet ad solum Episcopum; Rota part. 3. *decis. 289. num. 2. Dec. resp. 6. num. 11. & 12.* Cassador. *de- cis. 22. de prebend. n. 3.* Nisi consuetudine, aut pacto Episcopius dictos canonicatus conferendi facultatem ac- quisiverit; Rota cit. part. 3. *decis. 289. num. 3.* Quo ca- su Episcopius habens vigore pacti, aut consuetudinis fa- cultatem conferendi canonicatus ecclesie collegiate, ex- cludit reservationem in vim alternativae; Rota cit. *de- cis. 389. num. 4.* Quando canonicatus sunt simultaneae collationis, indultum concessum ordinario suffragatur etiam capitulo; Rota part. 5. tom. 2. *decis. 440. n. 8.*  
 10. Immo quando est simultanea electio, seu collatio inter ordinarium, & capitulum, si ordinarius reperitur exemptus à regula octava Cancellariae, hac exemptio prodest etiam capitulo; Rota part. 5. tom. 2. *decis. 444.*  
 11. num. 12. In his collationibus simultaneis Episcopi, & capituli, tantam potestatem habet Episcopus solus per se, quantum habet totum capitulum, & e contra; *leg. Titio, & haeredibus, ff. de usufruct. leg. Mulierum li- beris ff. de haered. instituit. Selv. de benef. p. 2. quest. 17. n. 9.* Gonzalez ad regul. 8. *Cancell. gloss. 45. num. 51.* Nicolaus Garzias de benef. part. 5. cap. 4. num. 28. Lot- ter. de re benef. lib. 2. part. 21. numer. 39. Rota *de- cis. 783. lib. 3. part. 3. divers.* Si Episcopius conferat uni, & capitulum alteri, neutra collatio valebit, quia ad invicem se impediunt; Gonzalez ad capit. 8. *Cancellar. gloss. 45. num. 58.* Nicolaus Garzias cit. cap. 4. num. 29. ubi à num. 33. cum seq. ex multis Sacrae Rotae Decisio- nibus ostendit, quod cum neutra collatio valeat, si Papa provideat tertio, etiam sequenti die, ille dicitur habere potius jus, & ejus possessio erit bona. Immo, stante dicta discordia inter Episcopium, & capitulum, Papa non tenetur conferre tale beneficium uni, vel alteri nulliter per Episcopium, & capitulum provisum, nec gratificari digniori; Rota in *Hispal. portionis 19. Januarii 1590.*  
 14. coram Pamphilo. Sede episcopali vacante, vel Episcopo à beneficiorum collatione suspenso, stante simultanea, collatio spectat ad capitulum Jure proprio: Sicuti con- tra, effecto inhabili capitulo, collatio Jure proprio spectat ad Episcopium, textu expresso in cap. unic. Ne sede vacante in 6. ibi: "Si ad Episcopium, & capitulum communiter pertineat collatio prebendarum, mortuo Episcopo, vel à beneficiorum collatione suspenso, pote- rit capitulum vacantes conferre prebendas; etiam si Epis- copus interesse habeat in collatione hujusmodi ut præ- latus. Idem poterit Episcopus, si capitulum ab ipsa col- latione suspendi contingat, vel singulariter omnes deca- pitulum majoris excommunicationis vinculo innodari."  
 15. Possessio canonicatus, sive dignitatis, quae sit de capitulo, capitulariter capi debet; cap. Si capitulo 5. de concession. prebend. num. 6. Rota part. 5. tom. 1. *de- cis. 97. num. 21. part. 10. dec. 140. num. 12.* Aliter si non sit capitulariter capta, est nulla, nec est manute- nibilis; Rota part. 2. *decis. 701. numer. 5. part. 7. de- cis. 216. num. 13. part. 9. tom. 1. decis. 138. num. 4. & 6. part. 13. decis. 433. num. 12. & 14.* Immo possessio non capitulariter capta à canonicatu, non suffragatur, quamvis fuisse capta de mandato executoris literarum apostolicarum; Abbas in cap. 1. num. 16. de consuetudi- ne, & in cap. Transmissam num. 3. de election. Cassad. *decis. 8. de causa possess.* Rota in *Metens. canonicatus, & in una Senens. & alia Tarvisina canonicatus*, quartum meminit Beltram. in annot. ad Gregor. XV. *decis. 634. num. 7. post princip. vers.* Et conclusio procedit. Ut pos- sessio dicatur capitulariter capta, debet convocari capi- tum ad sonum campanae; Rota part. 9. tom. 1. *de- cis. 158. num. 7.* Quae si sit capta sine praevio sonitu cam- pany, non dicitur capitulariter capta, & est nulla, de cujus sonitus attestazione non statat dispositioni Notarii sine testibus; Rota cit. part. 9. tom. 1. *decis. 138. n. 10.*  
 20. Possessio, ut dicatur capta, debet Canonicus sedere in sede propria canonicatus, de quo agitur, & non in alia. Rota in *Vercellensi Unitatis capitulo 20. Junii 1598. coram Penia*, in *Tarracoenensi canonicatus 26. Junii 1609. coram Ottemberg. in Bracaren. Archidiaconatus 2. Decembris 1630. coram Cocino*, & part. 3.

recens. *decis. 594. num. 4.* Capta hora missarum cum as- signatione stali in choro, & loci in capitulo, est suf- ficiens; Rota part. 4. tom. 1. *decis. 496. num. 2.* Habe- tur possessio pro capitulariter capta, si capitulum sine justa causa eam tradere recusavit; cap. Si capitulo 5. de concession. prebend. in 6. Rota p. 5. tom. 1. *dec. 97. n. 23. in Alexandrina Archiepiscopatus coram Merlino*, & part. 9. tom. 2. *decis. 389. num. 1.* Ita ut capitulo al- leganti justam causam incumbat onus eam probandi; Rota *dist. part. 9. tom. 2. decis. 389. num. 2.* Habetur etiam pro capitulariter capta si prima dignitas deman- davit convocari capitulum, & vocati noluerint interve- nire, nisi duo, vel tres Canonici, in quibus dicitur re- sidere totum jus capituli; arg. cit. cap. Si capitulo; Ro- ta part. 5. tom. 1. *decis. 34. num. 8.* Immo capitulum potest representari in unico Canonico in casu traditio- nis possessionis canonicatus, & omnibus Canonicis in- juste reluctantibus, potest possessio tradi ab unico, & sic tradita, & capta, est manutentibilis. Rota part. 9. tom. 1. *dec. 78. num. 4. & 5.* Aliquo impedimento existe- nte, propter quod possessio capitulariter capi non pos- sit, sufficit, si aliter capitur: Sic Rota aliis decisionibus relatis in *Nullius Praepositoris Castro Durantis 4. Ju- lii 1623. coram Rambaldo.* Et quod in ecclesiasticis pos- sessio habeatur pro tradita, ubi fuit praestitum impedi- mentum ex recurru ad Judices laicos, Ludov. Pastie. in *tract. mandati de manutentendo. observat. 21. n. 27.* Rota apud eundem *dec. 175. n. 15. Barb. de Canonic. c. 15. n. 12.*  
 Possessio canonicatus, quod sit legitime capta, jus- tificatur ex actibus canonicibus pro Canonicum gestis cum praesentia, & patientia capituli; Cassador. *dec. 8. de caus. possession. & decision. 5. num. 3. de jurepatronatus. Barut. decis. 522. numer. 12.* Barbosa de *Canon. cap. 5. num. 16.* Rota part. 5. tom. 1. *decis. 97. in Alex- andrina Archiepiscopatus.* Hinc Canonicus, si suc- cessive post adeptam possessionem non capitulariter cap- tam, ex patientia canonicorum ad actus canonicos Ca- nonicis tantum competentes admissus fuerit, tunc cen- setur legitime possessor; Rota part. 1. *recens. dec. 91. num. 6.* & sic etiam fuit decisum in *Spoleana canonicatus 8. Junii 1605. coram Ubaldo*, & in *Cartago. canoni- catus 5. April. & 25. Maii 1609. coram Card. Lanell. junior.* Talis autem patientia capituli, seu canonicorum non sufficit ad validandam possessionem in praedictum tertii, qui inter actus praedictos canonicos apprehendit possessionem capitulariter; Rota *decis. 1155. vers.* Nec patientia part. 3. lib. 3. *dicens*, & fuit pariter sic decisum in *Calliensi Canonicatus 29. Januarii 1619. coram Card. Pamphilo junior.* Canonicatum injuste possi- dens, superveniente sibi novo titulo valido, potest con- tinuare possessionem ipsam de facto, mutato solum primo jure, & titulo possessionis, quae mutatio ipso jure statim facta intelligitur data notitia secundi tituli, etiam absque alia declaratione; Rota part. 5. tom. 1. *recens. decis. 97. in Alexandria Archiepiscopatus coram Merlino 28. Junii 1627.* ubi Dominus Massobrius de Solerio fuit praesentatus à Domino Arnuto, & ab Illustrissimo Episcopo obventa institutione, apprehendit capitulariter possessionem Archiepiscopatus, pluresque actus concernentes officium hujusmodi dignitatis, necnon etiam curam animarum illi annexam exercuit. Verum monitus assertum juspatronatus non subsiste- re, immo, cum vacatio contigerit de mense Augusti, illius collationem spectare ad Sanctissimum, ab eo impe- travit provisionem cum solito tamen decreto, quod renunciat dictae praesentationi, prout his verbis decreti declaravit: "Renuntiavit praesentationi, & institutioni, & possessioni exinde secuta, & dicti Archiepiscopatus uti reservatum, & non aliter, in futurum posside- re velle declaravit." Et continuando in reali possessione, post hujusmodi renuntiationem, interfuit choro, processioibus, & aliis functionibus capitularibus. Unde cum fuisset dubitatum: An eidem Massobrio dandum esset mandatum de manutentendo; ter ac mature dis- cussio articulo, fuit affirmative decisum. Et iterum re- proposita in Sacra Rota eadem causa 24. Novemb. 1627. permanserunt Domini in *decisione Rota cit. p. 5. tom. 1.*

*decis. 108. in eadem Alexand. Archiepiscopatus coram Merlino.* Immo si Canonicus falsus din stetit in posses- sione; & deinde à Papa obtinuit provisionem, non est necessaria nova apprehensio, & installatio, quia ipso jure fit quedam conversio ex novo titulo supervenien- te; Bald. in l. 2. num. 65. *vers.* Sed pone C. de sero. & aqua, Cravetta *cons. 171. num. 1. vers.* Secundo pro hac, Rota, cit. part. 5. tom. 1. *decis. 97. num. 7. in dicta Alex- andrina Archiepiscopatus coram Merlino.*  
 Pro admissione ad possessionem canonicatum, aut prebendam, & distributionem quotidianarum, sunt prohibita certa conditiones, seu deductiones ex fructi- bus; solutiones, promissiones, compensationesque illici- citae, aut etiam, quae in aliquibus ecclesiis dicuntur Turnorum luera; Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 14. & S. Pius V. in const. incip. Durum nimis*, sub dat. pridie Kalend. Julii 1570. ubi revocavit privilegia, & consuetudines ecclesiarum aliquid recipiendi in col- latione, seu admissione ad possessionem beneficiorum. Dulciora multa sunt de genere prohibitorum à Concil. Trident. *dicto cap. 14.* ab aliquo capitulo exigendorum pro admissione in possessionem alicujus novi Canonici. Sic à Sacra Congr. Concil. fuisse decisum refert Zerol. in *prax. Episcop. part. 2. verb. Possessio beneficii §. 5. in fin.* Neque dulciora quadam vulgo nuncupata Con- fessurae possunt exigi pro admissione canonicatus, ex *dic- to cap. 14. sess. 24. de reform.* etiam concurrente con- suetudine antiquissima, sic censuit Sacra Congr. Conc. Trident. 19. Febr. 1633. Unde consuetudo donandi ali- quid in ingressu, & admissione alicujus ad Canonicatum, est sublata per Conc. Trident. *dict. cap. 14.* ut de- cisioni fuisse à Sacra Congr. Concil. refert Armatard. in *addit. ad recop. legum Navarr. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. num. 10. resp. 8.* prout & illa, secundum quam provisi solvunt ceteris prandium, ut etiam decisum fuisse ab eadem Sacra Congr. Concil. refert Barbosa de *Canonicis cap. 15. n. 28.* & talem consuetudinem abolen- dam esse respondit etiam Sacra Congr. Episcop. in *Caputaquens. 7. Marti. 1692.* & Sacra Congr. Concil. in *Burg. 3. Septemb. 1729.* Sic consuetudo, quae imponit usum recepto in Canonicum, quod tendat in utilitatem canonicorum, etiam convertatur in reparationem, & restaurationem praediorum, molendinorum, ac quorum- cumque bonorum mensae capitularis, est per dictum cap. 14. Concilii reprobata, ita decisum fuisse à Sacra Congr. Concil. refert Garzias *tract. de benef. part. 8. cap. 1. num. 90.* Unde nec Episcopus cum consensu capi- tulli statuere potest, ut aliquod minimum solvatur in ingressu canonicorum. Sic decisum fuisse ab ead. Sacra Congr. refert Barbosa de *Canonicis cap. 15. num. 25.* Nec Episcopis licet quidquam sibi accipere pro collatione canonicatus, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili, ut pariter fuisse decisum ab ead. Sacra Congregatio refert idem Barbosa *loc. cit. num. 26.*  
 In dicto autem decreto Concil. cap. 14. *sess. 24. de reform.* & in dicta Bulla S. Pii V. *incip. Durum nimis*, non comprehenduntur statuta, & consuetudines de ser- viendo per annum, vel aliquod tempus, & nihil perci- piendo interim de massa grossa, nisi praesto integro dicto servitio. Sic decisum fuisse à Sacra Congr. Concil. refert Garzias *de benef. part. 11. cap. 5. num. 130.* Bar- bos. de *Canonicis cap. 13. n. 7. & supr. concil. sess. 24. cap. 14. num. 4.* Pignatelli *tom. 3. consuls. 30. num. 101.* & receter iterum declaravit Sacra Congr. Congregat. in *Adrien. 1. Maii 1699. & 20. Decemb. & 8. Augusti 1699.* Sic in ecclesiis, in quibus adest consuetudo, ut clerici, & presbyteri Canonici antequam admittantur ad participationem massae, debeant inservire per plures annos, & missas celebrare gratis, est servanda, ut decla- ravit Sacra Congr. Concil. in *Salerni. 11. Maii 1609. in Policast. 13. Januarii 1683. in Hydruntina 28. No- vemb. 1705.* Valet etiam, & servanda est consuetudo ecclesiae Astensis, quod fructus spectent ad capitulum, do- nec beneficiatus sit sacerdos; Sacra Congr. Concil. 6. Maii 1617. quae, ad propositum dubium de valore talis consuetudinis, censuit valere hujusmodi consuetudinem, quia intentio Concilii dicto cap. 14. fuit, ne ratione col-

lacionis aliquod reciperetur. Tenet pariter, & observan- da est consuetudo facta per Episcopum, & capitulum post Concil. Trident. ad solvendam certam quantitatem ratione novae possessionis canonicatum, quae integre cedat in fabricam ecclesiae. Nihil autem ex pecunia mo- nasterii, cursoribus, campanariis, aliisque ecclesiae mi- nistris, quibus alia constituta sunt salaria, attribuen- dum; Sacra Congr. Concil. in *Segobien. 11. Jul. 1590.* Si sit aliqua ecclesia sit consuetudo, ut duobus primis an- nis, quibus quis fuerit Canonicus, fructus canonicatus sint haereditate antecessoris, istum casum non comprehen- dit in decreto Concil. Trident. *sess. 24. de reform.* nec dicit Bulla S. Pii V. *incip. Durum nimis*, decrevit Sacra Congr. ut refert Garzias *de benef. p. 11. c. 5. n. 138.* & censuit Rot. *dec. 660. p. 4. divers.* Clericus, quamvis ignobilis, & parum scientificus, eligi, seu praesentari potest in Ca- nonicum cathedralis, & in possessionem debet admitti, etiam si dicta cathedralis ab immemorabili non consue- verit tales admittere; Textu expresso in cap. Venerabilis 37. *de prebendis.*  
 De collatione canonicatum de jure spectante ad Episcopum simul & capitulum, de qua hic primo loco agit Auctor, vide quae diximus in *additione ad verb. Beneficium art. IV.*  
 Dissert secundo loco Auctor de possessione canoni- catus. Hic vero non incongrue discuti potest, an Canonicus, qui factus alterius injuste impeditus fuit, quom- nius possessionem canonicatus apprehenderet, pro posses- sione à principio habendus sit, tum contra ipsum impe- dientem, tum contra tertium, cui jus interim fuit quaesitum? Haec autem obtinuit distinctio: Si impedimentum non est nisi indirectum, habetur Canonicus ille pro possessore contra impediendum dumtaxat; contra vero si impedimentum est directum, ut si quis ab apprehensio- nis possessionis recte repellatur, pro possessore habetur dictus Canonicus tum contra impediendum, tum contra tertium quemcumque; Vide Rota in *Derributen. canoni- catus 25. April. 1749. §. 16. & in confirmatoria 1. Decemb. ejusdem anni 1749. §. 7. coram R. P. D. Canilliac.*  
 Restat, ut verba de eo faciamus, an capitulum pro possessione canonicatus aliquid exigere à Canonicis queat, de quo ultimo loco tractat auctor. Convivium exigi vetat *textus in cap. Jacobus, de simonia.* Concilium vero Lateranense in *cap. Quum in ecclesia eodem*, ge- neraliter prohibet quidquam exigi. Verum Urbani IV. allas V. *extravag. Sane, de simon. int. commun. non solum* quidquam in privatam utilitatem exigi vetuit, sed & in usum pium; idque locum habere voluit, tametsi pecunia vel alia res ex pura liberalitate, vel alia pactio- ne daretur. Quinque constitutio illa religiosas domos, ac monasteria potissimum concerneret, Concilium Basileense *sess. 21. §. 7.* id etiam in electione, postulatione, collatione, provisione, institutione, & installatione quorumcumque beneficiorum servari precepit, & solummodo salaria scriptoribus, abbreviatoribus, & registrarioribus literarum, seu minutarum juxta modum laboris solvi permisit. Licetque Concil. Trident. *sess. 24. cap. 15. de reform.* innovaverit, immo corroboraverit prohibi- tiones hasce, abrogando quascumque consuetudines, nihil tamen minus limitationem addidit quod ea, quae in pios usus convertuntur. Idque ipsum sanxit S. Pius V. in *constit. cui initium est: Durum nimis*, quam innovavit Innocentius XII. in *constitut. incip. Ecclesiae Catholicae.*  
 Sunt qui tenent, Concilium Tridentinum non per- mittere nova condita statuta, quorum vigore exigi possit pro possessione canonicatus aliquid in pios usus erogandum; sed si qua sunt statuta, eaque confirmata vel vera, vel praesumpta, tum consuetudines jam induta tantummodo approbat, ut refutato Olive *de for. eccles. part. 3. quest. 6. num. 36.* firmat Louvrex *dissert. eua- noni. 2. sub num. 66.* Quod si Canonici talia nova sta- tuta condere velint, ea nonnisi auctoritate S. Sedis condere possunt, uti praeter Louvrex ubi supra tra- dunt Garz. *de benef. part. 8. cap. 1. num. 87. & dub. 15. quest. Zypaeus jur. Pontif. nov. lib. 5. tit. de simon. n. 8.* Plures vero in folio Sacrae Congr. Concilii interpretis in *Leodiens. capitulationum 30. Septemb. 1730.* afferuntur



resoluciones tum ipsius Sac. Congr. tum alterius epis-  
coporum & regularium negotiis preposita, quibus pro-  
bata videntur ita statuta sine auctoritate S. Sedis con-  
dita. In dicta tamen *Leodiens. Capitulationum ad 1. dub.*  
S. Concilii interpres improbat hujusmodi statutum. At  
eo in casu agebatur de statuto condito sequuta jam  
vacatione eorum beneficiorum, quae gravata fuere fa-  
vorem fabricae ecclesiae.

60 Omittendum non est, quod Fagnanus in *cap. In  
ordinando num. 4. de simon. & in cap. Praeterea num. 65.  
& 81. Ne Praelat. vices suas, tenet, valere statutum,  
aut consuetudinem, cujus vigore aliquid in pios usus  
erogandum exigitur pro possessione canonicatus, si ipse-  
met canonicatus onere illo gravetur, ita ut ipsum tam-  
quam canonicatum inharens post apprehensam etiam  
possessionem exigi possit, nequaquam vero si onus ip-  
sum Canonicum afficiat, adeo ut apprehendere nequeat  
possessionem antequam solvat integram summam praefi-  
nitam. At Louvrex *dict. dissert. canon. 2. num. 65.* dis-  
tinctionem hanc subtilitati potius, quam veritati inniti  
contendit, censetque in genere sustineri statutum, aut  
consuetudinem exigendi aliquid erogandum in pios usus  
attenta dispositione Concilii Tridentini id permittentis,  
correctis antiquis canonicis. Idemque videtur sentire  
Tondut. *quest. benefic. part. 1. cap. 4. num. 6.**

61 Quoniam in nonnullis ecclesiis dum recipiuntur Ca-  
nones, examinari debent eorum qualitates, testes au-  
diri, vel inspicere instrumenta: questionis est, an hoc sal-  
tem nomine exigi aliquid valeat. Vide contrarias inter  
se opiniones apud Louvrex *dict. dissert. canon. 2. n. 63.  
& sequent. & c.*

62 Cum Canonicus & Episcopus unum quasi corpus  
sint, aequum apparet, ut ad electionem membrorum to-  
tum corpus concurrat. Hinc indubie factum, ut in non-  
nullis ecclesiis cathedralibus etiamnum hodie canonicorum  
electio spectet ad Episcopum & Canonicos. At il-  
lud notandum, quod in illis ecclesiis, in quibus haec col-  
latio ad Episcopum & capitulum spectat, non ubique  
eodem modo ad electionem capitulum & Episcopum con-  
currant. In aliquibus enim ecclesiis, Episcopi suffragium  
aequivalent suffragio capituli, ita ut non simul capitulariter  
eligantur Canonicus & Episcopus; sed Episcopus separ-  
ratim eligat, & capitulum suum suffragium Episcopi  
suffragium aequivalens deponat; ideoque hoc casu & Epis-  
copus & capitulum suum jus sive suffragium diverso lo-  
co, & quoque tempore vel modo dare possint; uti nota-  
t de Luca *de summa beneficiorum num. 10.* Episcopus  
nempe singulariter, capitulum vero collegialiter. Quia  
vero ob concurrentiam in diversas personas non raro  
difficultates oriebantur, laudabilis inolevit usus, ait ci-  
tatur de Luca, hujusmodi juris exercitium dividendi per  
alternativam, seu per menses & tempora, ut quilibet  
nomine consortis totum jus absque hac discrepantia exer-  
ceat. Plerumque autem haec electio simultanea fit per  
Episcopum & Canonicos capitulariter congregatos; so-  
letque Episcopus tamquam caput capituli proponere &  
concludere, eoque titulo suffragium decisionis in pari-  
tate habere, praeter quod subinde habet suffragium ab-  
solutum. Quod autem nonnumquam Episcopus interven-  
niat ut Canonicus, patet ex *cap. 15. tit. de concess. pre-  
benda in verbis: "Nisi forte Archiepiscopus non ut pra-  
vultus, sed ut Canonicus vobiscum jus habeat conferen-  
di."* Uterius quemadmodum habentibus seculis ceperunt  
capitula cathedralia se ab episcoporum jurisdictione  
eximere, atque bona capituli separare a proventibus  
Episcopi, & corpus suum ita distinguere, ut etiam a ne-  
gotiis suis omnino Episcopus excludere coeperint, ut  
nec ipsum capitulum interesse sinerent; non minus proin-  
de quod ipsum Episcopum ab electione canonicorum  
etiam excluderint, atque jus electionis tandem, conviven-  
tibus Episcopis, ad solos Canonicos devolutum sit; quod  
consuetudine introduci posse probat Innocentius III. *in  
cap. 31. tit. de elect. Siculi naturale est ut Canoni-  
ci cathedralis una cum Episcopo tamquam cum suo  
capite eligant corporis sui membra; ita quoque jure com-  
muni electio canonicorum ecclesiarum collegiarum  
spectare videtur ad Canonicos una cum suo decano, aut*

illo qui cum Canonicis unum corpus sive capitulum  
constituit de jure; vide Garziam, & ab eo citatos, *de  
beneficiis part. 5. cap. 4.* Verum quia multa ecclesiae col-  
legiatae aliquando fuere regulares, electio canonicorum  
etiam in pluribus illarum mansit apud solum Praepos-  
itum tamquam qui tempore regularitatis erat caput con-  
gregationis: idque ad normam regulae monachalis S. Be-  
nedicti, & canonicalis S. Grodegangi; quae abbati sive  
praeposito dant facultatem recipiendi Monachos & Ca-  
nonicos, uti observat Thomassinus *de disciplin. eccler.  
part. 4. lib. 2. cap. 9.*

(Vid. additiones hispanicas, & novis. verb. Abbas,  
ex pag. 8. ad 10. inclusive: verb. Archiepiscopus, in  
princip. verb. Beneficium, per tot. ac Beneficiarius: Cle-  
ricus, & Concursus, verb. Distributiones Quotidianae.)

ARTICULUS III.

Quoad aetatem in Canonicis, & dignitatibus requisitam,  
& quoad tempus, intra quod tenentur suscipere ordines  
suis canonicatibus, & dignitatibus  
annexos.

SUMMARIUM.

1. Aetas requisita, sufficiens ad obtinendum cano-  
nicatum in ecclesia collegiata, est aetas 14. an-  
norum.
2. Et hoc est intelligendum, si talis canonicatus ecclesiae  
collegiatae ex sua fundatione, vel statuto, aut con-  
suetudine nullum requiritur sacrum ordinem.
3. Et haec aetas 14. annorum sufficit etiam in colle-  
giata, in qua spectat cura animarum ad Canonicos  
non uti singulis, sed uti unio.
4. Si vera cura animarum totaliter spectet ad aliquem  
Canonicum, vel dignitatem particularem, requiritur  
aetas 25. annorum, saltem inceptorum.
5. Haec tamen aetas 25. annorum inceptorum requisita ad  
obtinendum canonicatus, seu dignitates, quibus sub-  
est cura animarum, non exigitur, nec est necessa-  
ria, quando canonicatus, vel dignitati cura animarum  
non subest principaliter, sed solum accessorie  
est ipsi unia.
6. Circa aetatem requisitam ad dignitates sine cura in  
collegiatis remissive.
7. Aetas requisita, & sufficiens ad canonicatus cathedra-  
lis, ubi est facta distributio sacrorum ordinum,  
est illa, quam exigit ordo canonicatus.
8. Ad canonicatus autem cathedralis, ubi non est facta  
distributio sacrorum ordinum, requiritur aetas an-  
norum 22. inceptorum.
9. Aetas requisita ad dignitates, vel personatus, quibus  
nulla subest cura animarum in cathedralibus, est  
aetas 22. annorum.
10. Quae aetas in ceteris requiritur: intra quod tempus ad  
ordines sunt promovendi: quibus pariter, si intra  
praefinitum tempus non promotentur, puniendi, ad  
num. 33.
34. Novae addit. ex aliena manu, ad num. 39.

Aetas requisita, & sufficiens ab obtinendum cano-  
nicatum in ecclesia collegiata est aetas 14. annorum. Super  
his enim canonicatibus nihil innovavit Concilium  
Tridentinum, ut censuit Sacra Congregatio Concilii,  
teste Galer. in *Margarita Casuum conscientiae verb. Cano-  
nicatus 3. pag. 29.* cum Gonzal. ad regul. 8. *Cancel-  
laria gloss. 5. n. 29.* Piasec. in *praxi nova episcop. cap. 5.  
num. 21. pag. 350.* Arremdar. lib. 1. *de aetate num. 8.*  
Aloysius Rice. & alii passim; adeoque standum est pro  
his canonicatibus juris communis dispositioni, secundum  
quam sufficit aetas 14. annorum pro his obtinendis; quae  
Super inordinata 35. *juncta gloss. verb. Pueri, de pre-  
benda.* Et hoc est intelligendum, si talis canonicatus eccle-  
siae collegiatae ex sua fundatione, vel statuto, aut  
consuetudine, nullum requirit sacrum ordinem; aliis  
debetur de illo providendum esse constitutum in illis sa-  
cris ordinibus, quos requireret talis canonicatus. Vel in

ea aetate, qua intra annum a jure statutum posset ad il-  
los ordines promoveri, ut cum communi sentit Aloysius

3 Riccius in *praxi aerea resolut. 239. n. 3.* Et haec aetas 14.  
annorum sufficit etiam in collegiata, in qua spectat cura  
animarum Canonicis, non uti singulis, sed uti uni-  
tis: Sic decisum fuisse a Sac. Congreg. Concil. refert  
Gonzal. ad regul. 8. *Cancel. in princip. num. 92.* Riccius,  
Piasec. Barb. & tenet Rota *part. 30. decis. 31. num. 33.*  
4 Si vero cura animarum totaliter spectet ad aliquem Cano-  
nicum, vel dignitatem particularem, requiritur aetas 25.  
annorum saltem inceptorum, *cap. Cum in cunctis 7. §.*  
inferiora *de election. cap. Licet canon. 14. de election. in 6.*  
ubi sic praecise statutum; *Decretorum, collationes de paro-  
chialibus ecclesiis, his, qui non attingerint viginti annorum  
annum, de cetero faciendas, viribus omnino carere;* Et  
Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 12.* ubi dicitur  
Nemo igitur deinceps ad dignitates quascumque, quibus  
animarum cura subest, promovetur nisi qui saltem 25.  
suae aetatis annum attingerit. Haec tamen aetas 25. anno-  
rum inceptorum requisita ad obtinendum canonicatus,  
seu dignitates, quibus subest cura animarum, non exigi-  
tur, nec est necessaria, quando canonicatus, vel digni-  
tati cura animarum non subest principaliter, sed so-  
lum accessorie est ipsi unia; Sic decrevit Sac. Congr.  
Concil. his verbis: "Si aliqua parochialis esset unia  
alicui canonicatus ecclesiae cathedralis accessorie, suf-  
ficiunt viginti duo anni?" Ita refert Gonzal. ad regul. 8.  
Cancel. *gloss. 9. num. 4.* Galer. in *Margarita casuum  
conscientiae verb. Canonicatus 5. & verb. Parochus, Ric-  
cius, Garcias, & alii, & ita fuisse in Rota decisum re-  
fert Seraphin. *decis. 1138.* Circa aetatem requisitam ad  
dignitates sine cura in collegiatis, variant Doctores vid.  
verb. *Aetas num. 24. & 25.**

7 Aetas requisita, & sufficiens ad canonicatus cathedra-  
lis, ubi est facta distributio sacrorum ordinum, est  
illa, quam exigit ordo canonicatus, id est, ad canonicatum  
subdiaconalem aetas 21. annorum, ad diaconalem  
aetas 22. annorum, & ad sacerdotalem aetas 24. annorum,  
cum omnes respective sint sic in tali aetate, ut infra  
annum possint ascendere ad ordinem a suo canonicatu re-  
quisitum; sic expresse Tridentinum *cit. sess. 24. de re-  
format. cap. 12.* ibi: "Neminem etiam deinceps ad dig-  
nitatem, & canonicatum, aut portionem recipiant nisi  
qui eo ordine sacro, aut sit initiatus, quem illa dig-  
nitas, praebenda, aut portio requirit, aut in tali aeta-  
tate, ut infra tempus a jure & ab hac Sancta Synodo  
statutum, initiari valeat." Ad canonicatus autem cathedra-  
lis, ubi non est facta distributio sacrorum ordi-  
num, requiritur aetas annorum 22. inceptorum; Sic Sac.  
Congr. Concil. in *una Algarb. ubi, sicuti refert Nicolaus  
Garzias de benefic. part. 7. cap. 4. num. 29.* censuit, quod  
etiam in ecclesia, ubi non fuit facta distributio sacrorum  
ordinum, requiritur, quod provisos de canonicatu, ad mi-  
nus attingat 22. annorum aetatem, & quod collatio facta  
habenti 20. tantum, non valeat. Sed ad minus debet esse  
constitutus in vigesimo primo anno, ita quod possit  
intra annum ad sacrum subdiaconatum ordinem promo-  
verit, ut declaravit Sac. Congr. Concil. *die 4. Augusti  
1654.* Aetas requisita ad dignitates, vel personatus,  
quibus nulla subest cura animarum in cathedralibus,  
est aetas 22. annorum; Sic Concil. Trident. *sess. 24. de  
reformat. cap. 12.* ibi: "Ad ceteras autem dignitates, vel  
personatus, quibus animarum cura nulla subest, ele-  
rici alicui idonei, & viginti duobus annis non mi-  
nores adscendantur." Qui anni viginti duo debent esse  
completi, taliter, quod neque Episcopus possit in hoc  
dispensare; ut censuit Sac. Congr. Concil. *20. Sep-  
tembr. 1631.* dicens, "Dignitatem in ecclesia cathedrali  
non habentem animarum curam non posse conferri,  
nisi ei, qui habuerit 22. annos completos, & Episco-  
pum non posse dispensare." Aetas vero requisita ad  
dignitates, seu canonicatus, quibus subest cura ani-  
marum, seu regimen parochiale, est aetas 25. annorum  
saltem inceptorum, *cap. Cum in cunctis 7. §.* Inferiora,  
*de election. cap. Licet canon. 14. de election. in 6. & Tri-  
dentinum cit. sess. 24. de reformat. cap. 12.* ibi: "Ne-  
mo igitur deinceps ad dignitates quascumque, quibus

animarum cura subest, promoveatur, nisi qui sal-  
tem 25. suae aetatis annum attingerit." Et haec aetas 25.  
annorum inceptorum requiritur etiam ad dignitatem ec-  
clesiae cathedralis, cui fit distributio missae cantatae per  
turnum infra hebdomadam, cum habeat onus annum,  
ac proinde tenetur per se adimplere; Sac. Congr. Con-  
cil. in *Crosomen. 4. Decembr. 1627.* Canonici supra-  
merarii possunt recipi in anno 14. sed adveniente tem-  
pore praebendae, debent esse in aetate integra; sic praeci-  
se decrevit Sac. Congregat. Concil. in *Venefren. 13.  
Martii 1623.*

Canonici, qui in cathedralibus, & collegiatis eccle-  
siis obtinent canonicatus, dignitates, vel personatus, qui-  
bus aliqui ordines sunt annexi, tenentur eandem ordi-  
nem requisitum intra annum suscipere; *element. Ut ii 2.  
de aetate, & qualis. & Ordine praeficiendorum.* Et Concil. *14  
Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4.* Adeoque promoti  
ad canonicatus, dignitates, vel personatus debent in  
ea aetate constituti esse, ut infra annum possint ad or-  
dinem requisitum promoveri; Concil. *sess. 24. de re-  
format. cap. 12.* ibi: "Neminem etiam deinceps ad digni-  
tatem, canonicatum, aut portionem recipiant, nisi qui  
veo ordine sacro, aut sit initiatus, quem illa dignitas,  
praebenda, aut portio requirit, aut in tali aetate, ut in-  
fra tempus a jure, & ab hac sancta Synodo statutum,  
initiari valeat." Alter promotio, seu provisio erit nul-  
la, ut expresse statutum est Trident. *sess. 22. de reformat.  
cap. 4.* ibi: "Nec aliis imposterum fiat provisio, nisi iis,  
quorum aetatem, & ceteras habilitates integre habere  
dignoscantur. Aliter irrita sit provisio." Et annus hu-  
jusmodi statutus ad se promoveri faciendum ad sacros  
ordines, computari debet, non a tempore collationis factae,  
sed a die habita pacifice possessionis, dummodo per  
provisum non steterit quominus antea possessionem perceperit,  
ut expresse respondit Sac. Congr. Concil. his  
verbis: "Die 24. Septembr. 1631. Sac. Congr. Cardi-  
nallium Conc. Trident. interpretum respondit, annum  
de se promoveri faciendum ad sacros ordines computari  
debere a die habita pacifice possessionis, dummodo per provi-  
sum non steterit, quominus antea possessionem perceperit.  
R. Cardinalis Ubaldu, & Franciscus Paulinus  
Sac. Congr. Concil. Secretarius."

Canonici, qui ad sacros ordines suis canonicatibus, *17  
dignitatibus, vel personatibus annexos, se intra annum,  
justo impedimento cessante, promoveri non faciunt, ex  
tunc donec promoti fuerint, privantur voce in choro, &  
dimidia parte distributionum; element. Ut ii 2. de aetate,  
& qualis. ibi: "Illi vero, qui dignitates, officia, vel pra-  
ebendas, quibus certi ordines sunt annexi pacifice nunc  
obtinere in eisdem ecclesiis, vel obtulerint in futurum:  
nisi (justo impedimento cessante) ad hujusmodi ordines  
se promoveri fecerint infra annum, ex tunc donec ad  
eos promoti fuerint, nullo modo vocem in capitulo ha-  
beant eorundem. Ipsisque distributionum, quae dantur  
his, qui certis horis intersunt, pars dimidia subtrahatur,  
non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, vel statu-  
tibus; penis aliis, quae contra tales ordines ad ordi-  
nes recusantes statuuntur in jure, nihilominus in suo ro-  
bore permansuris." Et sic etiam fuit statutum, & innovatum  
a Conc. Trid. *sess. 22. de reformat. c. 4.* his verbis:  
"Ii vero, qui dignitates, personatus, officia, praebendas, *18  
portiones, ac quaelibet alia beneficia in dictis ecclesiis,  
obtinere, aut imposterum obtulerint, quibus onera va-  
ria sunt annexa, videlicet, ut alii missas, alii evange-  
lium, alii epistolas dicant, seu cantent, quocumque ii  
privilegio, exemptione, prerogativa, generis nobilitate  
sint insigniti, tenentur, justo impedimento cessante, in-  
fra annum ordines suscipere requisitos, alioquin penas  
incurrunt juxta constitutionem Concilii Viennensis, quae  
incipit: Ut ii, qui; quam praesenti decreto innovat; co-  
gantque episcopi diebus statutis dictos ordines per se  
ipsum exercere, ac cetera omnia officia, quae debent in  
cultu divino praestare, sub iisdem, & aliis gravioribus  
penis arbitrio eorum imponendis." Immo canonici ad  
requisitos ordines infra annum non promoti possunt aliis  
penis etiam privationis puniri: colligitur expresse ex  
*cit. Clement. Ut ii 2. de aetate & qualitate in fine, ibi: "Poe-  
ni***



nis aliis, quæ contra tales promoveri ad ordines recu-  
santes statuuntur in iure, nihilominus in suo robore  
permanerit." Et sic declaravit Sac. Congreg. Conc.  
in *Pavaina*, his verbis: "Canonici, qui ordines sacros  
debitos post monitionem sumere recusant, ab ordina-  
rio privati debent."

19 Pena privationis dimidiæ partis distributionum,  
quam incurrit Canonici requisitos ordines intra annum  
non suscipientes, locum habet, quamvis intersit divi-  
nis, & officium recitent, Monet. *de distribut. quotid.*  
*part. 2. quest. 19. n. 30.* Barbosa *de Canonici cap. 16.*  
*num. 15.* & alii passim in *cit. element. 2. §. 1.* Illi vero.  
20 Nec valet consuetudo, quod Canonici residentes non  
priventur tali dimidia parte distributionum, licet intra  
annum ad requisitos ordines non sint promoti. Roch. *de*  
*Curr. in reper. cap. fin. de consuetudine sect. 6. num. 39.*  
Monet. *cit. part. 2. quest. 19. numer. 5.* Barbo. *loc. cit.*  
21 num. 16. Pena privationis dimidiæ partis distribu-  
tionum, quam incurrit Canonici requisitos ordines intra  
annum non suscipientes, locum habet, quamvis reliqua  
dimidia pars, quæ superat, non sufficiat ad sustentationem  
Canonici. Gloss. in *cit. clementina* Ut ii 2. *de etate,*  
& *qualitate*, verb. Pars dimidia, ibi: "Etiamsi reliqua  
dimidia ad sustentationem ipsorum non sufficiat, &  
imputent sibi, cum per ordinis receptionem hanc pen-  
nam vitare possint;" & Glossam sequuntur passim  
22 Doctores. Talis autem privatio dimidiæ partis distribu-  
tionum intelligenda est de iis solummodo distribu-  
tionibus, quæ proprie, & strictè distributiones quotidianæ  
dicuntur, nempe quæ dantur illis, qui horis, seu officio  
ordinariis intersunt, de quibus loquitur *cit. clement.* ordi-  
nariis distributionibus, quæ dantur pro funeralibus, seu  
anniversariis defunctorum, & aliis huiusmodi, quæ  
large, & generaliter distributiones vocantur. Monet. *de*  
*distribut. quotidianis p. 1. q. 3. n. 12.* Barbo. *loc. cit.*  
23 n. 13. Nisi distributiones funeralium, seu anniversario-  
rum sint unitæ cum horis, ut rectè advertit Garzias in  
*addit. ad dict. p. 3. cap. 4. sub n. 15.* & Barb. in *Conc.*  
24 Trident. *sess. 22. cap. 4. de reformat. num. 22.* Nullam  
tamen penam incurrit Canonici, si ad ordines requi-  
sitos non promoveantur intra annum propter justum im-  
pedimentum, ut esset infirmitas totius illius anni, vel  
si absens erat Episcopus, & commendatitiz literæ haberi  
non poterint, vel eos Episcopus ordinare noluerit, vel  
his similia; prout exemplificat Gloss. in *cap. Commis-*  
*sio 3. de election. in 6. verb. Justo impedimento.* Et se-  
quitur Gloss. in *cit. element.* Ut ii 2. *de etate & qualita-*  
*te*, verb. Impedimento. Isti enim sic impediti adhuc post  
annum percipient integras quotidianas distributiones:  
quia per se ipsos non stat, quin promoveantur propter  
justum impedimentum, quod approbavit *cit. clement.*  
Ut ii 2. *de etate & qualitate*, & Conc. Trident. *citat.*  
*sess. 22. cap. 4. de reformat. ibi:* Justo impedimento ces-  
sante, Nec etiam ullam talem penam incurrit Canonici-  
cus dispensatus à Papa, ut in etate *v. gr.* sexdecim an-  
norum, vel in alia sufficienti canonicatum in cathedrali  
obtinere possit; nam eo ipso, quod est dispensatus circa  
etatem, & provius de canonicatu, præbenda, fructi-  
bus, & stallo, debet ad vocem, & ad distributiones ad-  
mitti, prout alii Canonici, Sic respondit Sac. Congr.  
in *Reatina* 13. *Septemb. 1631.* & in *Mediolan* 5. *Mar-*  
*tii 1632.* "Sic præcisè censuit, Canonici, qui propter  
defectum etatis non potuit ordinari ad sacros ordines,  
& provius fuit à Papa cum expressione etatis, debe-  
re lucrari distributiones quotidianas, si choro intersit." Et  
in una S. Miniati habetur sic: "Carolus de Ansaldis  
Clericus S. Miniati in etatis suæ anno 15. provius, &  
dispensatus à Sanctissimo Domino nostro Papa Urba-  
no VIII. ad canonicatum obtinendum in cathedrali  
eiusdem civitatis petit declarari, se vocem in capitulo  
habere, ac distributiones quotidianas, dum divinis  
officiis interest, lucrari." *Die 18. Septemb. 1629.* Sac.  
Congreg. Concil. Trident. "Interpretum secundum ea,  
quæ ponuntur, censuit prædictum oratorem vocem in  
capitulo habere, & distributiones quotidianas, dum  
26 divinis officis interest, lucrari." Canonici autem dis-  
pensatus super etate ad obtinendum canonicatum, si

promoveri non curavit ad ordines postquam ad legitima-  
tam etatem pervenit, juxta formam in dispensatione  
prescriptam, & distributiones non acquirat, quamvis  
choro inserviat, ut declaravit Sac. Congreg. Concil.  
in *Florentina* 2. *Januarii 1607.*

Canonici tamen à Sede Apostolica super etate dis-  
pensatus non prius cogendus est ad Sac. Ord. promoveri,  
quàm ad 22. annos pervenerit. Sic decisum fuisse à  
Sac. Congreg. Concil. refert Garzias *de benef. part. 3.*  
*cap. 5. n. 25.* Canonici in sacris non constitutus, vo-  
cem in capitulo aliquo pacto acquirere, seu prescribere  
non potest; Sac. Congr. Conc. 20. *April. 1602.* Can-  
onicus non subdiaconus, nec vocem consultivam in  
electionibus, & synodo habet. Sic decisum fuisse à Sa-  
cra Congr. Conc. refert Garzias *de benef. part. 3. cap. 4.*  
*num. 24.* Presbiteri vero in capitulo, etiam non sit in  
sacris, in eo proponere, ac resolutiones accipere potest.  
Prima enim dignitas *v. gr.* archidiaconus, ad quem  
spectat convocare capitulum, & in eo proponere, ac re-  
solutiones accipere potest, etiam non sit in sacris, cum  
iste sit aclus jurisdictionis, qui competit archidiacono  
etiam in sacris non constituto. Sic decisum fuisse à Sa-  
cra Congr. Conc. refert Garzias *de benef. part. 3. q. 4.*  
*num. 16.* Prælati ecclesie collegiatæ etiam sacris ordi-  
nibus careat, præsentia, ac vox in capitulo competit.  
Barbo. in *Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4. num. 6.*  
cum variis aliis, & Nicolaus Garzias in *addit. ad dict.*  
*cap. 4. sub num. 26.* ubi subdit, in illis non procedere  
*dict. clement. ut ii 2. de etate & qualitate*, & Concil.  
Trident. *dict. sess. 21. de reformat. cap. 4.* Canonici in  
ecclesia collegiatæ habens canonicatum, cui neque jure  
communè, neque ex consuetudine, institutione, aut sta-  
tuto annexus est aliquis ordo, presertim sacer, obtine-  
re potest, & percipere distributiones, licet nunquam  
huiusmodi sacrum ordinem suscipiat, sed simplex clericus  
remaneat, Moneta *de distribut. quotid. p. 2. q. 19.*  
*num. 27.* Ipse tamen Canonici in collegiatæ, nisi sit in  
sacris, vocem in capitulo habere non potest. Stephan.  
Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 482. num. 20. cum*  
*sequent.* Barbo. in *Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4.*  
*num. 5.* & *de Canonici cap. 37. num. 10.* Sell. in *Selec-*  
*tion. Canon. cap. 2. num. 4.* & sic censuit Sac. Congreg.  
Concil. *sub die 8. Augusti 1621.*

Et novissime in *Romana Vocis in capit. die 22. Julii*  
*1742.* in qua à canonicis ecclesie collegiatæ S. Mar-  
tiz in Cosmedin proposito dubio: *An Canonici clerici*  
*ecclesie collegiatæ S. Mariz in Cosmedin intervenire pos-*  
*sint in capitulo, inique habere vocem altivam in casu Ec.*  
Eadem Sac. Congreg. Concil. die & anno, quo supra  
respondit: *Posse intervenire, sed non habere vocem*  
*juxta clement. Ut ii 2. de etate & qualitate & Concil.*  
*Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4. jam à nobis allegat.*  
*ibi sub num. 31. & alios.*

¶ De varia ecclesie disciplina circa etatem cano-  
nicorum ecclesiarum cathedralium, tum collegiarum,  
agit Laur. *de etar. ad beneficia requisita c. 9. tum c. 11.*  
In præsens autem, ut ait auctor, in ecclesiis cathedra-  
libus, in quibus non est facta distributio ordinum, etas  
in Canonici requisita est annorum 22. ut firmavit Rota  
in *Cracoviens. canonicatus 28. Junii 1743. coram bona*  
*memor. de Vais*; in collegiatis vero ecclesiis, in quibus  
consuetudo, vel statutum ordinem sacrum canonicati-  
bus hand adnexuit, sufficit in Canonici etas 14. an-  
norum, ut respondit idem sacrum Tribunal in *Nepesi-*  
*na canonicatus 3. Julii 1750. cor. bona memor. Vicecom.*  
Quando vero consuetudo, vel statutum dicatur adnexis-  
se necne ordinem sacrum canonicatibus, vide apud Ro-  
tam in *dict. Nepesina canonicatus 3. Julii 1750. cor.*  
*dict. Vicecom.*

Interdum onus susceptionis sacri ordinis afficit Ca-  
nonicos, non item est adnexum canonicatibus: de hoc, 39  
tum de effectibus diversis inde promanantibus consule Ro-  
tam in *Leodiens. seu Aquigranen. canonicatus 15. Janu-*  
*arii 1734. cor. Eminentissimo Crescentio.* (Vid. *supr.*  
*in fin. art. 2.* Omnia ad quæ ibi fit referentia, agnos-  
cantur; verb. Etas, memorie demanda.)

ARTICULUS IV.

Canonici, & dignitates, quoad fidei professionem, & panas eam omittentium.

SUMMARIUM.

- 1 **P**ROVISIO fidei intra quod tempus faciendâ à Canonici, & dignitatibus.
- 2 **C**oram quibus edenda, ad num. 4.
- 3 **A**n per procuratorem fieri possit.
- 4 **Q**uid agendum si provius ad residendum non accedat; in Romana Curia impeditur.
- 5 **A**n sufficiat professio fidei antea emissa occasione alterius beneficii, ad num. 8.
- 6 **N**onnulla proponuntur circa terminum datum ad emittendam professionem, ad num. 12.
- 7 **C**anonici an ultro se debeant offerre, vel sint monendi ad id mterum obvandum.
- 8 **C**anonici, & dignitates habent sibi injunctam obligationem negligentes, an graviter peccent, aliæque panam incurrant, ad num. 30.
- 9 **Q**uam de jure communi non teneantur ad talem professionem, ad num. 33.
- 10 **A**dditiones ex aliena manu inseruntur, ad num. 36.

**C**ANONICI, & dignitates ecclesie cathedralis tenentur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses fidei professionem facere, non solum coram Episcopo, vel ejus Vicario generali, sed etiam coram capitulo: Sic expresse statuit Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. Provisi;* & Pius IV. *constit. incip. Injunctum* nobis. Hanc fidei professionem sufficit facere coram Vicario, etiam Episcopo non impedito; verba enim illa Concil. *vel eo impedito*, ponunt solum ad quamdam admonitionem, & simul ad denotandum convenientius esse ipsam facere coram Episcopo, si non fuerit impeditus; Barbo. *de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 61. num. 16.* & *de Canonici cap. 17. num. 3.* Filiucci. *tom. 3. tractat. 41. cap. 16. num. 9.* Squillant. *de obligation. clericorum part. 1. num. 9.* Trullench. in *exposit. decalogi lib. 1. cap. 1. dub. 8. n. 1.* Garzias *de benef. p. 3. cap. 3. num. 33.* ubi inquit, ita accipienda esse alia similia verba Conc. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 18. §. Trans-* sado, ibi: "Examinentur ab Episcopo, sive, eo impe-  
3 ditto, ab ejus Vicario generali." Nec est necessarium, ut hæc fidei professio prius fiat coram Episcopo, vel ejus Vicario, & postmodum coram capitulo separatim repetatur; sed si Episcopus adsit in capitulo, satis est, ut Episcopo præsentem, semel fiat in capitulo; sic censuit Sacra Congregatio Concil. in *Seguntina* 18. *Aprilis 1590.* & tenet Garzias *de benef. part. 3. cap. 31. num. 51.* Barbo. *de offic. & potest. Episcop. allegat. 61. num. 17.* & *de canonic. cap. 17. num. 4.* & alii passim.

4 Sede episcopali vacante, non sufficit hanc fidei professionem facere coram solo capitulo, sed debet etiam fieri coram Vicario capitulari; Garzias *de benef. part. 3. cap. 3. num. 27.* & 28. Barbo. *de offic. & potest. Episcop. allegat. 61. num. 18.* & *de suffic. Parochi cap. 4. num. 6.* Castropalao *tract. 4. de fide disp. 1. punct. 19. num. 9.* Bonacin. in *1. Ecclesie præcepto disp. 3. q. 2. punct. 4. num. 2.* & alii passim. Et ratio est, quia licet capitulum succedat in jurisdictionem Episcopi, & fungatur vice illius, tamen cum Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 16.* statuatur, jurisdictionem episcopalem administrari per Vicarium capitularem, & non per ipsum capitulum, magis per Vicarium, quàm per capitulum representatur Episcopus *arg. cap. 16. de consuetud. in 6.* Hanc fidei professionem Canonici & dignitates cathedralis tenentur facere per se ipsos personaliter, & non sufficit per procuratorem; Sacra Congregat. Concil. in *Seguntina* 18. *April. 1590.* & iterum in alia causa *die 12. Septembr. 1620.* Et iterum sic declaravit eadem Sacra Congregat. Concil. *super cap. 12. sess. 24. de reformat. in Cullaguriana 22. Septembr. 1696.* in qua Episcopo de hoc sciscitanti responsum fuit: *Non admittat provius ad professionem fidei,*

*nisi per se ipsos emittant;* & tenet Garzias *de benef. part. 3. capit. 3. numer. 51.* Scortia in *relectis Summar. Pontificum consilii. epist. 84. theorem. 207. vers.* Quid si beneficiarius, Conrad. *praxis benef. lib. 1. capit. 16. n. 50.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 166. n. 22.* Diana *part. 5. resolut. mor. tract. 14. resolut. 23.* Ugolin. *de offic. & potest. Episcop. cap. 5. §. 16. num. 1.* Barbo. in *Summa decis. Apost. verb. Professio fidei num. 5.* Monacell. *tom. 1. tit. 2. form. 13. num. 4.* & alii. Et dato, quod Canonici provius præsens in curia non possit statim ad residendum accedere, solet tunc Sacra Congr. Concilii Tridentini illum admittere ad professionem fidei, coram & in manibus Datarii, vel Cardinalis præfecti Sacræ Congregationis, & etiam coram urbis Vicario, non obstante quod in literis provisionis adsit decretum emittendi in manibus Episcop. Sac. Congreg. Concil. in *Syracusana* 11. *Januarii 1698.* & non posse fieri per procuratorem decrevit iterum eadem Sac. Congreg. in *Cathacen. 6. Februar. 1726.* Adeoque propter talia decreta non sunt attendendi Doctores sustinentes, posse fidei professionem emitti per procuratorem specialiter deputatum. Hanc fidei professionem tenentur de novo facere etiam illi Canonici, qui jam antea eam emisissent in adoptione alterius similis beneficii; sic decisum fuisse à Sac. Congreg. Concilii refert Garzias *part. 3. de benef. cap. 6. num. 17.* & 18. & Barbo. *de offic. & potest. Episc. alleg. 61. num. 8.* & in *Summ. Apost. dec. verb. Professio fidei num. 4.* Concilium enim Tridentinum *cit. sess. 24. de reformat. cap. 12.* simpliciter præcipit, ut provius de canonicatibus, & dignitatibus in ecclesiis cathedralibus fidei professionem emittant; & non distinguit, an antea fecerint; adeoque neque nos distinguere debemus; *cap. Quia circa 22. de privileg. & leg. De pretio ff. de public. in rem actione. (Leg. 1. tit. 15. part. 2. ibique glor. 3. prop. med.)* Immo ex Barbo. *p. 3. de offic. & potest. Episc. alleg. 61. num. 9.* Castropalao *tract. 4. de fide disp. 1. punct. 19. num. 7.* Reiffenstuel *lib. 1. decretal. tit. 1. §. 8. num. 159.* & alii, tenentur iterum prædictam fidei professionem emittere etiam illi, qui denuo adipiscuntur in cathedralibus ecclesiis canonicatum, vel dignitatem, quam antea habuerant, & dimiserant, non obstante priore fidei professione. Et ratio est, quia qui fuit Canonici, & postea canonicatum dimisit, non remanet amplius adstrictus præstato juramento, adeoque si ad canonicatum dimissum denuo redeat, iterum jurare tenetur, *cap. Venerabilem 34. de electio. cap. Ex insinuatione 26. de simonia. Federic. de Senis cons. 264. n. 6.* Marches. *de commissionibus part. 3. §. 2. de comm. relaxationis juramenti ad effectum agendi n. 79. pag. 229.* Barbo. *de canon. cap. 17. num. 8.*

Hæc fidei professio fieri debet saltem intra duos menses à die adeptæ possessionis dignitatis, vel canonicatus in ecclesia cathedrali; Conc. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 2.* Et hic terminus duorum mensium datus ad emittendam professionem, non currit provisto, qui non accepit possessionem, quamvis per eum stet, quominus eam accipiat, quia licet idem videatur, provius accipere possessionem, & per eum stare quominus eam accipiat; *arg. c. Commissa 35. de elect. in 6. & c. Licet Episcopus 28. de præb. in 6. (L. 35. l. 5. 4. tit. 9. 7. l. 13. p. 1.)* nihilominus Concilium *loc. cit.* obligat ad emittendam professionem fidei solum illos, qui realiter adepti sunt talem possessionem canonicatus, vel dignitatis; Garzias *de benef. p. 3. n. 22.* Barb. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 61. n. 25.* Riccioli. *lib. 1. de jure personarum extra gregium ecclesie existentium.* Immo ad effectum, ut incipi-  
5 ant curreret prædicti duo menses, non sufficit fuisse adeptam possessionem, sed requiritur possessio pacifica, ita ut in ejus exercitio non fuerit talis Canonici status turbatus de jure, vel de facto, sed in eo pacifice perseveravit saltem per unum, vel duos menses sine turbatione, aut molestia; Barbo. & Riccioli *loc. cit.* Trullench. in *exposition. decalogi lib. 1. cap. 1. dub. 8. sub num. 5.* Reiffenstuel *lib. decret. tit. 1. §. 8. num. 127.* & alii. Si vero intra prædictos duos menses à die adeptæ realiter pacifice possessionis canonicatus, talis Canonici non emisisset dictam fidei professionem, non per hoc



solutus est ab obligatione illam imposterum emittendi, sed nihilominus semper ad eam faciendam tenetur, quia tempus duorum mensium a Concilio assignatum, non est præfixum ad remittendam, & terminandam obligationem, sed ad differendam executionem, atque poenam arg. cap. Cum dilecti §. Præterea 6. de dolo & contumacia, in cuius summario sic præcise habetur: "Citatus ad totam causam certo termino ad comparandum assignato, tenetur comparere in termino, & dato impedimento in termino, debet comparere quanto citius potest post terminum, aliàs condemnabitur in expensis à tempore citationis admittis." (L. 4. prop. medium tit. 3. leg. 2. For. Reg. 11. tit. 7. p. 3. Vid. verb. Auctor.) In tali enim conciliari decreto duo inter se divisibilia imponuntur Canonici cathedralis; unum, ut fidei professionem faciant; & alterum, ut eam intra tale tempus, id est, intra duos menses faciant. Et sic tenent Navarrus lib. 1. cons. 11. n. 1. de iure jurand. Garzias de benef. p. 3. cap. 3. n. 29. Reiffenst. loc. cit. num. 175. & cum pluribus à se citatis Barbosa de offic. & potest. Episcop. p. 3. allegat. 61. num. 22. & de Canonici cap. 17. n. 16.

13 Canonici, & dignitates ecclesie cathedralis tenentur ultro sese offerre ad faciendam fidei professionem, adeo ut non requiratur ad hoc prævia monitio; Nicol. Garzias de benef. dist. cap. 3. num. 19. & 20. Ricciulus de iure personarum extra gremium ecclesie existentium lib. 1. cap. 13. num. 18. Trullench. dist. lib. 1. cap. 1. dub. 8. n. 1. in fin. Barbosa de Canon. c. 17. n. 11. & lib. 1. juris ecclesiastici univers. cap. 21. num. 62. Et ratio est, quia tempus ipsum à iure statutum sufficienter monet, ac pro facienda fidei professione interpellat; arg. cap. Potuit 4. de loc. & conducto §. ultim. ibi: "Non obstante quod ei, ut canonem solveret, non extitit nuntiatio; cum in hoc casu dies statuta pro domino interpellat."

14 Canonici, & dignitates cathedralis omittentes facere debitam fidei professionem, peccant mortaliter; Concilium enim Tridentinum loc. cit. imponit hanc obligationem sub verbis graviter obligatoris, & simul sub gravissimis poenis; ita Sanchez lib. 3. in Decalogum cap. 5. n. 1. Petrus de Ledesma in Summ. p. 2. tract. 1. cap. 4. conclus. 10. Bonaccia disp. 3. de fide puncti. 19. num. 2. Reiffenstuel lib. 1. Decret. tit. 1. §. 9. num. 288. & cum pluribus à se citatis Barbos. de Canon. cap. 17. num. 20. Non peccant tamen mortaliter, si per ignorantiam, inadvertentiam, aut oblivionem ipsam facere omittant; Navarrus consil. 12. de iurejurand. Reiffenstuel loc. cit. num. 189. & cum pluribus à se citatis Barbos. de Canon. cap. 17. num. 21. Et ratio est, quia sicut in aliis materiis, ita & in proposita potest ignorantia, inadvertentia, atque oblitio inculpa excusare à culpa mortali, ad ipsam enim requiritur, ex communi Doctorum, plena advertentia, & perfectus consensus: Et ignorantis, seu inadvertentis nullus est consensus; leg. Si per errorem 15. ff. de iurisdict. omn. iudic. (Consonat lex 3. tit. 2. part. 1. ibi, con gran consejo. . . à buen entendimiento. . . Lex 15. tit. 22. p. 3. ibi, quando las partes yeran. . . Lex 5. & 10. tit. 2. part. 4. atque 18. 20. & 21.

16 p. 5.) Canonici, & dignitates cathedralis non facientes fidei professionem intra duos menses à die adeptæ possessionis, ultra peccatum mortale incurrunt etiam fructuum amissionem, Conc. Trident. sess. 24. de Reformat. cap. 12. ibi: "Fructus non faciant suos, nec in illis possessione suffragetur." In hac tamen poena amissionis fructuum non includuntur distributiones quotidianæ, nam istæ cum dentur ratione ministerii sacri, ac servitii personalis, non admittuntur propter omisam fidei professionem; Sic à Sac. Congr. Conc. decisum fuisse refert Ugolinus de offic. & potest. Episcop. c. 50. §. 16. n. 5. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. §. 6. Proem. n. 107. Garzias dist. cap. 4. n. 60. Trullench. dist. dub. 8. n. 9. Et sic tenet Rota in Vermensi Canonicius 28. April. & 13. Junii 1608. coram Sacro. Nisi tamen omnes redditus canonicatus consistant in distributionibus quotidianis, quia in tali casu, ut poena adjecta per concilium possit aliquod operari, & in aliquo verificari, debet intelligi de distributionibus, ut recte advertit Ricciulus dist. lib. 1.

cap. 13. n. 55. Trullench. dist. dub. 8. n. 10. Barbosa in Conc. Trid. sess. 24. de Reformat. cap. 12. n. 31. de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 61. n. 30. de Canon. c. 17. n. 26. & lib. 1. juris univers. ecclesiast. cap. 21. num. 74.

Prædicta poena amissionis fructuum intelligenda est solum de fructibus decurrendis post lapsum duorum mensium, non vero de decursis ipsis duobus mensibus. Cum enim à Conc. concedatur duo menses ad fidei professionem faciendam, possunt canonici talem professionem differre usque ad ultimum diem primi bimestris absque culpa; adeoque etiam absque poena. Garzias dist. cap. 3. n. 31. Reiffenst. loc. cit. n. 193. Sanchez lib. 2. in Decalogum cap. 5. n. 10. Barbos. in Trident. sess. 24. de Reformat. cap. 12. num. 32. de offic. & potest. Episcop. alleg. 61. n. 23. & de Canonici cap. 17. num. 22. Professio fidei ex post facta non proficit ad recuperandos fructus. Rota in Ovetensi Mercedis 12. Decemb. 1601. coram Coccino Decano, Navarrus consil. 11. num. 3. de iurejurand. Azorius tom. 2. institut. moral. lib. 7. c. 2. quest. 4. & 5. Sanchez loc. cit. num. 5. Barbosa de Canon. cap. 17. n. 23. & Tridentinum cit. sess. 24. cap. 12. Et ratio est, quia fructus præteriti iure Concilii, jam semel sunt perditii, & regulariter, quæ semel ipso Jure perditæ sunt, non amplius acquiruntur, arg. cap. Quam periculosum 8. caus. 7. q. 1. & leg. Qui res suas 98. ff. de solutionibus, ibi: "In perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest." (Leg. 17. 19. 22. 23. 24. 27. & 23. tit. 28. part. 3. vid. verb. Dominium, per tot. præcipue art. 3. Consonat leges 14. usque in fin. tit. 30. ejusd. p.)

Fructus canonicatus, & dignitatis ob omissionem professionis fidei non acquisiti debent applicari in usus pauperum, vel in fabricam ecclesie beneficii, si indigeat; Deductur clare ex Conc. Trid. sess. 23. de Reformat. cap. 1. §. Si quis autem, ubi hoc ipsum statuit de fructibus beneficiorum non residentium, ibi: "Si quis autem, quod utinam nunquam eveniat, contra hujus decreti dispositionem abfuerit, statim sacrosancta synodus præter alias penas adversus non residentes sub Pausillo III. impositas, & innotatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, cum pro rata temporis absentie fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse, sed teneri, aut ipso cessante per superiorem ecclesiasticum in illos fabricæ ecclesiarum, aut pauperibus locis erogare." Et colligitur ex eod. Concil. sess. 22. de Reformat. cap. 3. ubi similes fructus fabricæ ecclesie, quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio ordinarii applicari jubentur, ibi: "Nec ejus quomodolibet dominium acquirant, sed fabricæ ecclesie, quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio ordinarii applicentur." Et sic cum communi tenet Barbos. in Trident. sess. 24. cap. 12. de Reformat. lib. 1. juris ecclesiast. univ. cap. 21. num. 75. de offic. & potest. Episcop. allegat. 61. num. 31. & de Canon. cap. 7. num. 27. Intellige tamen hoc solum verificari in canonicis, & dignitatibus habentibus fructus distinctos, & separatos à mensa capitulari. At in canonicatibus, & dignitatibus non habentibus fructus distinctos, & separatos à mensa capitulari, fructus amissi ob non factam fidei professionem spectant ad capitulum, sicuti fructus non residentium, aut excommunicatorum; Barbosa de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 61. num. 31. Garzias dist. cap. 3. de benef. cap. 3. num. 36. Castropalao tract. 4. disp. de fide puncti. 19. num. 19. Reiffenstuel lib. 2. Decret. tit. 1. §. 9. num. 206. Nec Episcopus potest condonare hujusmodi fructus admissos ob non factam professionem. Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. refert Garzias dist. cap. 3. n. 53. Barbosa de allegat. 16. n. 31. Episcopus enim nequit remittere poenam à Concilio Generali inflictam, nisi in casibus sibi expresse permissis, quia lex superioris per inferiorem dispensari non potest; Clement. Ne Romani 2. de Election. §. 1. cap. Inferior. 4. dist. 21. cap. Cum inferior 16. de Major. & Obedi. Sed talium fructuum condonatio & remissio potest fieri solummodo à sancta Sede, vel Sac. Congr. prout ipsamet Sac. Congr. Concil. censuit, & benigne condonavit in Tuscan. 4. Mart. 1614. cuidam Angelo Constantino cathedrali ecclesie Tuscanensis Primicerio fructus om-

omnes sui Primiceriatu, quos ob non emissam fidei professionem suos non fecit, ut refert Barbosa de Canon. cap. 17. num. 22. & in Summa Apostol. de verb. Professio fidei n. 7. (Vid. lit. D. pag. 79. vers. Quamvis cum leg. 2. §. 6. & 7. p. 2. ad n. 23.)

Licet canonicis cathedralis omittentibus fidei professionem, possessio canonicatus nihil suffragetur quoad fructuum perceptionem ex Trident. cit. sess. 24. de Reformat. c. 12. ibi: "Fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur." Ipsa tamen possessio canonicatus suffragatur eis quoad titulum, & proprietatem talis canonicatus, & vocem habendam in capitulo, & jus præcedentia, & cetera alia jura à die adeptæ possessionis; Concilium enim Tridentinum per citata verba non excludit tales Canonicos à possessione canonicatus, quoad titulum, & proprietatem, & quoad alia jura exinde eis competentia, sed impedit solummodo possessionis effectum quoad fructuum perceptionem; Et sic decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. referunt Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam verb. Beneficiorum possessio, Garzias d. c. 5. n. 34. Ricciulus dist. lib. 1. c. 16. n. 30. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. dec. 61. n. 27. & tenuit Rota in Carniensi. canonicatus 28. April. & 13. Junii 1608. & 4. Febr. 1611. cor. Cardinali Sacro. Et sic sentiunt passim Doctores. Unde possessores dignitatum, vel canonicatum in cathedralibus, qui non fecerunt fidei professionem intra duos menses, jvantur regula de triennali ad effectum, ne possint molestari super titulo. Ita Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 1. q. ult. n. 4. & seq. Sanchez d. c. 5. n. 9. Ricciulus d. c. 16. n. 22. Castropalao d. puncti. 19. n. 15. Barbosa lib. 1. juris ecclesiast. univers. c. 21. n. 79. & de offic. & potest. Episcop. dist. alleg. 61. n. 27. & de Canon. d. c. 17. n. 52. Et in Trident. dist. sess. 24. de Reformat. c. 12. n. 37. Reiffenstuel lib. 1. Decret. tit. 1. §. 9. n. 204. & alii Quoad fructus tamen retinentur non suffragatur, nec eis prodest etiam longissima possessio, quoad fidei professionem non emiserint. Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. referunt Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 8. quest. 9. n. 122. Garzias d. c. 5. n. 34. Ricciulus d. c. 16. n. 13. Barbosa de offic. & potest. Episcop. d. c. 17. n. 19. & in Trident. dist. sess. 24. de Reformat. c. 12. n. 38. Unde dignitates, & canonicus cathedralis ecclesie tenentur in conscientia etiam ante sententiam iudicis restituere ipsos fructus amissos ob non factam fidei professionem. Ita Garzias part. 3. de benef. c. 3. n. 37. Azorius tract. 2. lib. 7. c. 2. q. 1. Petrus de Ledesma tom. 2. Summa tract. c. 4. conclus. 10. def. 1. Ugolin. d. c. 16. n. 4. Ricciulus d. c. 13. n. 43. Monacell. tom. 1. form. 2. n. 30. ubi dicit contrariam sententiam tenentem non obligari tales canonicos, & dignitates ad restitutionem fructuum in conscientia ante sententiam condemnatoriam, videri ex paritate rationis damnatam ab Alexandro VII. die 24. Septembris 1665. propositione 20. in ordine, ibi: "Restitutio à S. Pio V. imposita beneficiis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eo quod sit poena; adeoque idem dicendum est in proposito; Et ratio est ista, quia potissimum fundamentum eorum, qui sustinent non obligare Concilium ad restitutionem talium fructuum in conscientia ante sententiam iudicis, est, quia decretum Concilii est penale; ideo quantum fieri potest, debet benignius interpretari juxta Regulam 15. juris in 6. ibi: Oda restringi, & favores conveniunt ampliari, & regul. 49. juris in 6. ibi: In penis benignior est interpretatio facienda, (Vid. lit. D. pag. 77. in fin. n. 29. & verb. Ecclesia, art. 4. n. 55. Vid. leg. 17. tit. 9. p. 1.) sed restitutio à S. Pio imposita beneficiis non recitantibus officium debet fieri in conscientia ante sententiam iudicis, non obstante quod sit poena, ut patet ex d. damnata propositione; ergo videtur ex paritate rationis (Conducit lit. A. pag. 198. in fin. n. 15. expositum.) idem dicendum in proposito. Tum quia Concilium Tridentinum injungens canonicis, & dignitatibus ecclesie cathedralis privationem fructuum ob omisam professionem fidei, utitur isdem verbis, quibus utitur S. Pius V. in constit. incipiens. Ex proximo, injungens beneficiis restitutionem fructuum ob omisam recitationem

officii. Dicit enim S. Pius V. Beneficiorum suorum fructus pro rata emissionis officii, & temporis suos non faciant. Et Concilium loc. cit. dicit etiam expresse: "Fructus non faciant suos, adeoque si ex Tridentino tales canonici, & dignitates, ob omisam fidei professionem fructus non faciant suos, ita ut ex declaratione Sacre Congregationis Concilii in Sagaminia 18. Aprilis 1590. relata à Garzia dist. part. 3. c. 3. n. 51. Barbosa in sum. m. apostolicar. decisio. verb. Professio fidei num. 7. eos restituere teneantur; sequitur eos teneri, veluti rem alienam restituere etiam ante omnem sententiam condemnatoriam, eo vel maxime, quod Concilium loc. cit. post dict. verb. Fructus non faciant suos, statim subjungit: "Nec illis possessio suffragetur; & consequenter nullo titulo possunt in conscientia illos fructus sibi retinere etiam ante sententiam condemnatoriam iudicis, cum jam sint ab ipso Concilio sufficienter condemnati ad talem restitutionem faciendam; aliter contra decretum Concilii multum ipsis suffragaretur possessio, ex quo ratione possessionis censerent posse tuta conscientia ipsos fructus tanquam suos percipere, & sibi retinere, donec condemnarentur à iudice non obstante, quod Concilium expresse declarat, quod fructus non faciant suos."

Coadjutores canonicorum, seu dignitatum cathedralium de rigore juris communis, seu Concilii Tridentini non tenentur emittere professionem fidei; quia coadjutor durante coadjutoria non est verus canonicus, cum nondum sit in possessione canonicatus, sed solum coadjutoria; & solum post mortem coadjuti sit verus canonicus, adeo ut solum tunc sit ei assignanda sedes, & ultima inter omnes, taliter quod eum præcedant canonici ingressi etiam durante coadjutoria, & post ejus receptionem. Nicol. Garzias de benef. part. 4. cap. 5. num. 74. & 76. Gonzalez de Regul. 8. Cancell. Glor. 5. §. 9. numer. 110. Trullench. in expositione Decalogi lib. 1. c. 1. dub. 8. num. 1. Barbosa d. allegat. 61. num. 13. & 14. & de Canon. cap. 17. num. 12. Nec talem fidei professionem tenentur facere Portionarii, Vicarii temporales, & alii provis de capellanis in ecclesia cathedrali. Garzias d. part. 3. cap. 3. num. 13. Sanchez lib. 2. Dec. cap. 5. num. 1. Barb. lib. 1. juris Eccl. univers. cap. 2. num. 64. & de Canon. cap. 17. num. 13. Reiffenstuel lib. 1. Decret. tit. 1. §. 8. n. 166. & ratio est, quia supradicti omnes non comprehenduntur sub illis personis, quas Concilium Tridentinum cit. sess. 24. de Reformat. cap. 3. & Pius IV. in constit. incip. Injunctum nobis: obligavit ad fidei professionem, ut legenti patet. Unde cum ibi sancta à Tridentino, & Pio IV. sint penalis, & novi juris inductiva, non debent extendi ultra personas expressas, juxta cit. Regul. 15. & 49. juris in 6. Vide supra n. 29. Nec ad ipsam fidei professionem emittendam tenentur jure Tridentini canonici, & dignitates ecclesiarum collegiarum, & possidentes beneficia inferiora non curata. Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. die 19. Februar. 1588. refert Garzias de benef. part. 3. cap. 3. num. 11. & ratio est, quia Concilium Trident. loc. cit. & Pius IV. in dicta constitutione, incip. Injunctum nobis, loquitur solummodo de canonicatibus, & dignitatibus in ecclesiis cathedralibus, & de aliis beneficiis curam animarum habentibus, adeoque Trid. & Piana dispositio non est extendenda ad canonicatus, & dignitates ecclesiarum non cathedralium, & solummodo collegiarum. Alier illa adjecta limitatio in ecclesiis cathedralibus careret effectu, & frustra membranas occuparet. Garzias d. part. 3. de Benefic. cap. 3. num. 11. Sanchez cit. cap. 5. num. 1. Squillant. d. q. 2. puncti. 4. §. 1. num. 9. Barb. d. allegat. 61. n. 15. & d. cap. 17. de Canon. num. 14. & alii passim. Fuit autem dictum supradictos omnes non teneri ad talem fidei professionem, de rigore juris communis, seu Conc. Trident. & d. constitutionis Pii IV. quia licet supradicti, & ceteri alii beneficiati non teneantur ad emittendam fidei professionem vigore Concilii Tridentini, & citat. constitutionis Pii IV. cum ibi sit sermo solum de obinentibus dignitates, & canonicatus in ecclesiis cathedralibus, & de habentibus beneficia curata; tenentur tamen ipsam emittere vigore legum diocesanarum, in quibus fere omnibus reperitur statutum, ut omnes beneficia-